

#### Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

# Fleury, Claude Augustæ Vindelicorum, 1786

#### VD18 90119355

§. 62. Dissidium inter Strandiæ septentrionalis Parochos exortum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67878

XII

alo

offe,

ante

folo

pre

aut

ino-

dil.

ilia<sub>r</sub>

ien•

10:

10

10d

11/0

er-

m

od

ili

ne-

10-

110-

ile-

ndi

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

### oqui olin son S. LXII.

Dissidium inter Strandiæ Septentrionalis Parochos exortum.

Postquam Ultrajectenses invalescente lanfeniana rebellione vinculum unitatis cum supremo Ecclesiæ Capite disfolverant, ex infecta hac radice nil nifi contentiones & diffidia pullularunt: Inter alia hoc anno strandize Septentrionalis Ecclesiam gravior dissentio afflixit. Rem ab ovo ulque ad mala repetere luber. Anno polt Christum natum millelimo fexcentefimo trigelimo quarto Strandia septentrionalis Insula prope Schlesvicum tam horrenda inundatione devastabatur, ut mille trecentis quinquaginta fex ædibus penitus eversis sex mille centum viginti treshomines aquis submersi perirent. Eapropter Fridericus Gottorpiensis Dux hanc Infulam nonnullis Nobilibus exteris Religione Catholicis sub certis conditionibus & pactis cessit, eisque anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo diploma tradidit, vi cujus eis & ceteris omnibus, qui deinceps hujus gratize participes in concesse insulæ dominio successuri essent, ac propterea participantes nominarentur, indultum, ut pro se, suisque necnon

eo-

#### 732 HISTOR, ECCLES, LIB.CCXXXII

2 Course House

3æc, XVIII. eorum domesticis, Religionis Catholi A. C. 1740. cæ exercitium libere ac fine ullo impe dimento invehere possent, ita tamen, ut in omnibus infulæ Ecclesiis non alla quam Romano - Catholica, Lutherani & Calviniana introduceretur, com quilibet fine ullius offensione suam Religionem, illiusque usum exercere polfet, dein ipfum jus Patronatus nullo Re ligionis discrimine, aut ulla alia excep tione præfati Principales participantes corumque Successores haberent & his primus erat Quirinus Comes de Velden, qui Fratrem fuum Germanum P. Benedictum Oratorii Presbyterum eo advocabat, ut in derelicis ædibus, quas olim Odenbrillensis Præco Luthe ranus incoluerat, Catholicæ Religionis exercitia obiret; hoc defuncto ex eadem Patrum Oratorii Congregatione successerat P. Joannes Heis, & paulopost soannes de Mühlen pariter Oratorii Sacerdos, qui anno sexcentesimosexage fimo primo supra millesimum ibidem speciale erexit ædificium illudque ad pub licum Catholicae fidei cultum dedicavit. Huic Neercasselius tum Ultrajectensis Archiepiscopus Gerhardum Patyn E. vangelici laboris focium adjunxit. Jaco bo autem Presbytero in Brabantiam 18. vocato Pater Snyers quinto post anno in ejus locum successit, qui præfatum ArchiXX

thok

mpe

men,

alia,

erana

orum Re-

o Re-

xcep.

ntes,

Ex

s de

num

erum

ibus,

ithe.

ionis

ea-

one

ulotorii

age.

IDB"

יונוטים

avit.

nis

E

aco-

16

nno

tum chiArchiepiscopum impense rogaverat, ut Sec. XVIII. demandatæ Paltoralis curæ literas a A. C. 1740. fummo Pontifice confirma i peteret. Nec æquis ejusdem precibus defuit Archipræful, ad cujus vota Clemens IX. petitas literas a Cardinale Barberinio lubicriptas confirmavit, concessamque Parochialis ministerii facultatem non modo ad quadriennium extendit, sed etiam amplissima concessit privilegia, ea tamen lege, ut Pastorale suum officium ultra demandatæ jurisdictionis terminos nec extendat nec exerceat; iine expressa Vicarii Apostolici licentia. Hic autem eo tempore erat præfatus Neercasselius Casteriensis Episcopus & Archiepiscopus ultrajectious tumain Hollandia agens : hac igitur ratione Clerus Catholicus hujusque infulæ incolæ a sede Apostolica Ultrajectino Archiepiscopo subjiciebantur.

Ita hæc Ecclesia sensim magnis E-vangelicæ messis incrementis egregie essoriat, ampliores vero spes intercidit invalescens Janseniana pestis, indeque exorta dissensionum Zizania: jam eo tempore, quo P. Wernerus Birckendors Jesuita, Fridericistadianæ Ecclesæ Missionarius erat constitutus, contra Strandianos Patres varias movit querelas, eisque litem apud Valerium de Mac-

#### 734 HISTOR. ECCLES. LIB. CCXXXII

Control of the last of the

Sec. XVIII Maccionis Episcopum Marrocenum A. C. 1740. Vicarium Apostolicum & Officialen Generalem tum Hanoveræ agentemin tentavit: Attamen Patres Oratoriice terique Strandiani Sacerdotes remedo cti, anno fupra millesimum sexcentes mo septuagesimo quinto literis ad Valerium Episcopum datis eidem signifcabant controversiam suam cum piæ fato Jesuita inde ortam suisse, quodiple non paucos ex suo Clero ad suas pattes continuis follicitationibus, promis, aliisque viis pertrahere tentaffet, unde vero se sacri Ministerii facultaten & vocationem ab Ultrajectensi Archiepiscopo accepisse, potissimos enim la colas natione Hollandos esse, suam quoque Infulam propinquius in Hollandiam quam in Germaniam sese slectere: de cetero autem sese paratissimos esse omni data occasione filiale suum obsequium erga Romano - Catholicam Ecclesiam testificari &c. Ad hæc tamen Marrocenus Episcopus respondit, se haud temere coniicere, quod se esse Vicarium Apostolicum ignorantes ab eo debitam exercendæ Pastoralis curæ facultatem petere neglexissent, Strandiam quoque septentrionalem insulam ad Bremensem Archiepiscopum, teste Coloniensi Nuntio Apostolico, spestare, proin suo Vicariatui esse subjectam, eapropter

XXII

num,

alen

m in

ii ce-

edo.

iteli-

Va•

gnifi-

PIR

Liple

ries

IIIS,

ali-

tem

hie.

10"

lam

20-

re:

fle

e.

Ca

en

le

fle

ab

126

111-

am

ite

re,

22-

propter se eis eadem hac occasione for- Sæc. XVIII. matas seu demandatæ facultatis literas A.C. 1740. transmittere, earum vero valorem duntaxat ulque ad proxima Palchatis felta fese extendere, evoluto autem termino eos obstrictos fore; ut illas iterum confirmari peterent &c. Ut ergo hæc controversia vel penitus extingueretur, vel faltem ad acriores contentiones non exardesceret sipsemet Coloniensis Nuntius Apostolicus anno sequenti ad Ultrajectensem Archiepiscopum literas dedit, in quibus hanc infulam antiquo jure Bremensi Archiepiscopo ejusque Vicario esse obnoxiam declaravit: Econtrario autem Ultrajectentis prolixo responso demonstrare nitebatur, præfatam iniulam nullatenus Bremensi, fed Schlesvicensi Diœcesi adjunctam effe: infuper ad Strandianos Missionarios perscripsit, ut ad Marroceni Epifcopi literas nil aliud responderent nisi quod hæc Infula omni tempore Schlevicensis Episcopi jurisdictioni subjecta fuerit. Nec tamen his acquievit Marrocenus Vicarius, fed eodem adhuc anno prædictas formatas ad Oratorii Patres ultro transmisit, etiamsi ipsi eas nullatenus petiissent. Præterea P. Cremers supremus Oratorii Præpositus datis ad Uttrajectensem Archiepiscopum literis eidem significavit, suis Sacerdotibus

## HISTOR. ECCLES. LIB. CCXXXII.

Sæc. XVIII, tibus ratum firmumque effe, deinceps A. C. 1740 nullum ex fua Congregatione ad præfatam iniulam transmittere. Hoccomperto Ultrajectenfis anno Christi sexcentesimo octogesimo secundo supra millefinium eo decrevit alium Sacerdotem fæcularem nomine Abbekerk, cui etiam necessariam Evangelici ministerii facultatem concessit; eo autem paulopost mortuo subrogavit Bernardum Averemum: Hic vero, cum crebras contentiones cum Comitibus Participantibus haberet, fuam Parochiamultro dimilit, fuamque querelam primo ad Ultrajectensem Archiepiscopum & postea apud Petrum Coddeum ejusdem Vicarium detalit, qui etiam anno Do. mini millesimo sexcentesimo octogesimo feptimo ad Infulam Parochum destinavit Gerhardum Egerwys.

> Paulopost Averemum factæ abdicationis poenituit, utque ad fuam Parochiam reverti posset, ad Baronem de Hörde Suffraganeum & Joppensis Epifcopi Vicarium in Bremensi Archiepiscopatu a summo Pontifice constitutum Vicarium Apottolieum supplex recurrit: ejus quoque votis suffragabatur Coloniensis Papæ Nuntius atque Archiepiscopus Damascenus, qui anno proximo ad Ultrajectensem Vicarium andif

III.

eps

1æ.

mª

en-

180

em

69

III

10-

um

ras

CI+

ile.

mo

O.

em

0.

mo 124

20

(0=

de

pi-

10-

tu

re-

tur

Ara

mo

am

er-

perscripsit, graves omnino querelas a Sæc. XVIII. Suffraganeo de Hörde motas fuisse, eo- A.C. 1740. quod nuper Bernardum de Averem constituisset, indeque caussatis distidis Ultrajectense Capitulum sibi jurisdictionem in Strandiam Septentrionalem arrogasset, adversus hanc usurpationem jamjam reclamasse nuper defunctum Episcopum Maroccenum, cui in Bremensi Archiepiscopatu successisset Joppensis Episcopus, hinc rogare le, ut Averemo suæ Sedi restituto Gerhardum perperam intrusum excluderet &c. Aft Ultrajectensis Vicarius turbidum Averemi genium exaggerare, & Ultrajectini Archiepiscopi jura strenue vindicare nitebatur.

Hæc demum controversia Averemi morte sopita est, de qua Ultrajectensis Vicarius anno prioris fæculi octogefimo octavo mox Coloniensem Nuntium Apostolicum certiorem reddidit, rogavitque, ut potens suum præsidium in Ultrajectensis Ecclesiæ favorem strenue impendere vellet. Nec vanæ erant hæ Vicarii preces; quippe Nuntius non modo omnem pollicitus est opem, sed etiam eodem anno Domini Participantes inito pacto sese solemniter obstrinxere, quod conflanter Ultrajectini Archiepiscopi jurisdictioni se, suamque Hift. Ecclef. Tom. LXXVI. Aaa

#### HISTOR, ECCLES. LIB.CCXXXII 738

Sze. XVIII Infulam fubilicere vellent. His quoque A.C. 1740. accessit, quod Petri Coddei, qui Ha goni Hecassen subrogatus fuerat, ele ctionera in Archiepiscopum Ultrajecten sem factam Sacra Sedes exeunte hou anno diplomate Pontificio confirmant

Vid. Supra

**到李州村村** [1] (4) (4)

Postquam vero circa annum hujus tom. 68. p. 7. fæculi fecundum, uti fupra meminimus, Clemens XI. Papa Petrum Coddeum de Jansenismo convictum Epilo. palis jurisdictionis usu privaverat, & in ejus locum Theodoro Cockio in Vicarium denominato Bruxellensis Papa Nuntius obsequium deferri, ab Harle mensi & Ultrajectino Capitulo petierat, tunc demum res in apertum disfidiorum Ut enim Cockius incendium erupit. primum demandatze suze Facultatis a. ctum exerceret, Jubilæi diploma Pontificium in Insula promulgari justi: aft palam reclamavit Ultrajectense Capitulum, & Hollandiæ ac Frisiæ Occidentalis Ordines die decima septima Augusti ejusdem anni edito publico proclammate adversus Cockii Vicariatum, contra Capituli convocationem a Papæ Nuntio decretam, ac denique contra omnes Pontificias Catholicorum citationes aut evocationes caussarum extra Hollandiam ad Romanam Curiam solemniter protestati sunt, insuper eKXIL

oque

Huele-

cten-

e hoc

narit

lujus

mini. Cod.

1100-

t, of

1 11-

apæ

arle-

erat,

rum

kius

5 2-

011=

alt

aple

Iccl-

ima

pro-

um,

Pa.

con.

a cle

ex-

r e-

tiam prohibuere, ne ullus alius, nisi Sæc. XVIII. debite & juxta patrize statuta electus, A. C. 1740. in Vicarium reciperetur &c. Adverfus hæc attentata Cockius vehementer querebatur, anno fequenti datis Romam ad plures Cardinales literis, in quibus hæc Ordinum edicta a quodam fanctioris Senatus Præside, quem Coddei fautores auro corrupissent, fuisse emanata denuntiabat: Videbatur ea res fummo Pontifici tanti momenti, ut totam caussam institutæ Cardinalium Congregationi maturius examinandam committeret. Horum autem judicio Coddeus suæ dignitatis gradu dejectus, & tam Harlemensis, quam Ultrajectini Capituli Canonicis severe interdichum est, ne deinceps in constituendis Infulæ Parochis fibi jurisdictionem arrogarent. Verum hi anno sequenti ad remedium rebellibus confuetum recurrentes ad fummum Pontificem melius edocendum appellarunt, & Ordinum Deputati ei, qui Cockium fuga elapfum sisteret, ter mille slorenos in perfidiæ præmium constituerunt. Porro ab eo tempore Ultrajectinum Capitulum semper suos elegit Archiepiscopos, reclamante summo Pontifice, & Capitulo adversus sedis Apostolicæ oppositionem remedium appellationis ad universale Concilium interponente. Aa 2 itatu

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

HISTOR. ECCLES. LIB. CCXXXII

Sec. XVIII. statu erat Strandiana Ecclesia usque ad A.C. 1740. annum Domini millesimum septingente simum trigesimum octavum, quo P. Emanuel de Camba Oratorii Presbyter, cum hi Patres ad Infulam reverti de Hic a Bacernerent, eo advenerat. rone de Hærden Flaviopolitano Episco. po & Vicario Apostolico anni sequentis Mense Septembri amplam receperat facultatem, vi cujus privatum Religionis exercitium pro Patribus Oratorii eorumque famulis in fuis ædibus concessum ad publicum extendere, & Parochianos, si fieri posset, ad suam Ecclesiam attrahere valeret, prout jam feptem abhinc annis Pater Merl Jesuita, incassum licet, tentaverat. Inde vero novi dissidii argumentum; postquam enim hoc anno die vigetima quinta Maif post quinquaginta trium annorum Pastorales labores Gerhardus Egewys fatis cesserat, Ultrajectinus Archiepiscopus interim hujus Parochiæ curam Joanni de Baesrode demandabat, id ægerrime ferente præfato Vicario Apostolico, qui consessim Balduinum Nemhard plena agendi facultate instructum Strandiam eo fine ablegabat, ut depulfo Baesrodio P. Joannem Franciscum Düringek, qui Patrum Oratorii nomine prædia ibidem administrabat, hujus Romano - Catholicze Ecclesize ParoBENED. XIV.P CAROL. VI. ROM. IMP. 741

XXII

e ad

o P.

yter,

i de-

Ba-

uen-

epe-

Re-

libus

e, di

uam

jam

uita,

vero

n e-

Maij

Pa-

fa-

CO-

10=

id

100°

em=

tum

pul-

cum

ml"

ijus

10"

um

chum inauguraret, addita hac lege, Sæc. XVIII. ut falva Paftorali facultate P. Emanue A.C. 1740. li de Camba concessa præter P. Düringkium nemo alius, nisi a Flaviopolitano institutus, deinceps pro Parocho haberetur.

delata.

## S. LXIII. Hac lis ad Daniae Regis tribunal

Interea inter Ultrajectenses & Vicarium Apostolicum de jurisdictione contendentium indies magis magisque exarfere studia; quapropter Participantes Domini, atque inter eos præcipue Stallerus Inderwelden ad iupremum Infulæ Strandiæ Dominum Christianum VI. Daniæ Regem suas querelas deferre statuerunt. Eo igitur fine Fridericum Zizscherum Regium Præfectum, & Mauritium Christianum Ericium Advocatum plena agendi facultate munitos die vigefima quarta Junii hujus anni eo ablegant, eisque icriptum lupremæ Gotterpiensi Curiæ consignandum tradunt, in quo adverius Lovanienses & Mechlinenses Patres Oratorii querebantur, quod harum nomine & auctoritate Pater Düringkus in Strandia septentrionali privatum cultum Divinum hucusque restrictum extendere Aa3 aulus